



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 42. Patriarchæ in Oriente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

Sæculum IX. jectō, quod ceteri Musulmanni increa-
 tum esse & æternum credebant. Almam
 mon autem edito in lucem Decreto affe-
 ruit, Alcoranum esse creatum, atque *Al-*
li post Mahometem esse Creaturam Dei
 perfectissimam. Itaque Alcoranum ter-
 tio demum loco ponebat; imo sub Re-
 gni sui exitum illos, qui hoc Decretum
 recipere recusabant, male habere co-
 pit.

Elm. p. 136.

p. 138.

*Elmac. c. 9.
p. 140.*

Ab eo tempore Musulmanni scien-
 tiis, nempe Philosophiæ, Mathesi, &
 Medicinæ, operam dare non cessarunt;
 majore vero cura aliquas Philosophiæ par-
 tes, videlicet, Dialecticam, & Metaphy-
 sicam, ex Mathesi Arithmeticam, Geo-
 metriam, & Astronomiam, ex Medicina
 vero Botanicam, & Chymiam excolue-
 runt. Istarum scientiarum studium ubi-
 que, qua Musulmanni dominabantur,
 atque ita etiam per Hispaniam extende-
 batur. Porro Almamon Califa Succes-
 sorem habuit fratrem suum Mahometem
Almutasem Aaronis filium, qui annis octo
 regnavit.

§. XLII.

Patriarchæ in Oriente.

Sup. Lib.

XLV. §. 56.

Eutyck. p.

440. Elmac.

p. 140. Chr.

or. p. 109.

Almamone Saracenis imperante, Patriar-
 cha Melchita Alexandrinus fuit Chri-
 stophorus, cui, postquam Sedem tenuis-
 set annis triginta duobus, successit So-
 phro-

phronius anno Regni Almutasem quar-
 to, id est anno reparatæ Salutis octingen-
 tesimo trigesimo sexto, vir doctus & Phi-
 losophiæ amans, seditque annis trede-
 cim. Marcus Patriarcha Jacobita Ale-
 xandrinus inter vivos agere desiit re-
 gnante Almamone anno Hegiræ ducen-
 tesimo undecimo, Jesu Christi octingen-
 tesimo vigesimo sexto, habuitque Succes-
 forem Jacobum, qui Sedem tenuit annis
 decem & octo mensibus. Ipso sedente
 Monasteria sub ejus Prædecessore vasta-
 ta restaurata sunt, & Monachi redierunt.
 Jacobitæ narrant, ab hoc Patriarcha a
 mortuis resuscitatum fuisse filium cujus-
 dam Prætoris nomine Macarii, qui ter-
 tiam Bonorum suorum partem dedit pau-
 peribus, & Jerosolymis pro peregrinis
 ex Ægypto venientibus Ecclesiam con-
 didit. Dionysius Patriarcha Jacobita
 Antiöchenus, cum ad Præfectum Ægy-
 pti venisset, per complures dies in ædi-
 bus Jacobi Patriarchæ diversatus est.
 Job Patriarcha Melchita Antiöchenus
 adhuc dum inter vivos agebat; Jeroso-
 lymæ vero Thomæ Patriarchæ anno se-
 ptimo Almamonis defuncto successerat
 Basilius, qui Sedem hanc tenuit annis vi-
 ginti quinque. Hæc illa tempestate Ec-
 clesiarum Orientalium facies erat.

Sæculum IX.
 A. C. 833.

Eutych.
 p. 428.